

cedendis omnibus, & singulis Ordinibus mendican-  
tibus, quod priuilegio nobis concessio (supra in con-  
stitut. i. eiusdem Papæ §. 3. Vide quoque ibi dico nume. 61.)  
confessiones audiendi, iuxta illius tenorem vbius fuit,  
& gaudere possimus.

18 Tenor hic dicere difficillimam illam quæstio-  
nem, an nos Minimi possimus obligari ad suffragia  
perpetua in particulari, pro qua

19 Sciendum est 1. quod in Regula, n. 15. ita habetur  
*Ad nullas vero missas nec ad quascumq; suffragia se obli-  
gent ipsi fratres nisi tantum in genere, seu sub generali-  
tate omnium missarum, & suffragiorum Ordinis, aut so-  
lum pro quinquaginta annis vel citra.*

20 Sciendum 2. quod, seclusa dicta prohibitione, stā-  
do in iure communi, Prelatus cum Conuentu potest se  
obligare ad suffragia perpetua. Lazar. in comp. oper.  
Navar. ver. Monast. 6. Mol. tract. 2. de iust. disp. 140. ver-  
su Item ex contractu, to. 1. Rodriq. to. 2. q. reg. q. 49. art. 7.  
Mirand. to. 1. man. q. 24. art. 2. concl. 1. Abbas in cap. Di-  
lecti filii, de foro compet. numer. 2. Colligitur etiam ex  
cap. Quod quibuldam, de fide iussor. Et ex dicto cap.  
Dilecti filii.

21 Sciendum 3. quod consuetudo legitime præscri-  
pta excusat ab obseruantia præceptorum Regulae,  
etiam si ea ad mortale obligarent. Nau. in man. ca. 12.  
n. 50. Rodriq. to. 1. q. reg. q. 69. art. 2. Vnde cum multis ab  
hinc annis obseruatum sit in Religione, vt ad suffragia  
perpetua se obligent fratres, potest dici, quod illud præ-  
ceptum Regulae consuetudine legitime præscripta,  
contra quam per nullum Generalem ab his annis re-  
clamatum est, immo omnes, quando fuerunt requisiti,  
dictos contractus perpetuos confirmauerunt, quinimo  
& Capitula ipsa generalia à Capitulo Paulæ  
in posterum similes perpetuos contractus confirmaue-  
re, vt patet. Et quod hæc consuetudo potuerit legiti-  
me introduci, patet, quia, quæ per priuilegium fieri  
possunt, valent quæque consuetudine legitima præ-  
scribi, vt bene Felice cap. Quæ in Ecclesiis, de consti.  
n. 27. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 8. n. 63.

22 Sciendum 4. quod idem Iulius II. vt supra, consti-  
tuit eius 3. quæ incipit, Exponi nobis, concessit, quod nos  
possemus obligare ad suffragia perpetua, per quinquaginta  
annos quidem ad particularia, vltia autem sub  
generalitate omnium missarum, & suffragiorum, prout  
in Regula.

23 Sciendum 5. quod Leo X. vt infra in consti. eius 15.  
quæ incipit, Cum sicut, concessit, vt obligationes missa-  
rum, & suffragiorum perpetuorum à fratribus receptæ  
tempore datæ dictæ constitutionis, non durent, nisi ad  
annos quinquaginta, & vltia in perpetuum solum sub  
generalitate, & quod ista generalitate suppleatur, ac si  
dictum dictæ missæ, seu suffragia dicta essent.

24 Sciendum 6. quod Clemens VII. viue vocis oracu-  
lo concessit, vt possemus ad missas, & suffragia perpetua  
obligari. Et de hoc viue vocis oraculo fidem facit  
Antonius Cardinalis SS. quatuor, quod habes infra in  
Clement. VII. consti. eius 11.

25 Sciendum 7. quod supradictis constitutionibus, &  
viue vocis oraculo ad infantiam Capituli generalis  
Paulitani, fuit per Paulum III. derogatum, vt constat  
ex eius consti. 4. infra §. 4.

26 Sciendum 8. quod post celebrationem dicti Ca-  
pituli Paulitani, se hodie illius confirmationem, Patres  
Conuentus SS. Triuic. Vibe imperatrat à Paulo III.  
per viue vocis oraculum, de quo testatur Antonius Car-  
dinalis SS. quatuor, quod possent obligari ad suffragia  
perpetua, vt habes infra in Paulo III. consti. eius 7. cui  
videtur quod sit derogatum per dictam consti. Pauli III.  
Nam hoc viue vocis oraculum datum est die 13. Octo-  
bris anno 1535. Breue autem eiusdem Pauli, quo dictum  
Capitulum Paulæ confirmatum est die 27. Martij,  
1536. cum clausula Non obstantibus quibuscumq; Ni-  
hilominus tamen dictum est, quod dictum viue vo-  
cis oraculum per dictam consti. Pauli non est derogatum.  
Nam derogatis priuilegijs, non derogantur vi-

*Peprin. de Priuileg. Tom. 1.*

uæ vocis oracula, vt dico infra in consti. 17. huius Pon-  
tific. §. 1. numero 3. Et quod viue vocis oracula, eamdem  
vim habeant, ac aliarum constitutiones, habetur in cap. In-  
stitutionis, 2. quæst. 2. & dico infra in consti. 17. huius  
Pontificum, 1.

27 Sed ad omnem scrupulum tollendum Vrbanus  
VIII. feliciter regnans concessit, quod cum approbatione  
Capituli generalis fratres se possint ad suffragia  
perpetua obligare, vt constat ex eius consti. 2. infra.

28 Neque obstat, quod illa concessio sit in casu parti-  
culari: nam sententia Principis ius facit. cap. Instituti-  
onis cit. vbi Glossa. Et Glossa in princ. dist. 19. & ha-  
betur expressè in cap. In causis, de sent. & re iud. vbi  
Glossa verbo In similibus, aut, quod sententia Princi-  
pis trahenda est ad consequentiam, præsertim quando  
procedit causa cognita, & partibus præsentibus, vt in  
casu dictæ bullæ Vrbanæ. Ita Felin. in c. In causis, n. 3.  
vbi Innoc. Abbas ibid. n. 4. Duar. cap. 2. de const.

29 Neque etiam obstat, si dicas, Pontificem in illo ca-  
su dispensatione processisse, vt constat ex illa clausula,  
*Dictum Bartholomæum specialis gratiæ, &c.* & sic hunc  
casum non esse trahendum ad consequentiam. Nam  
reponderi potest hunc casum non esse merè dispensati-  
uum. Primò, quia Papa videtur suam sententiam  
fundare in iustitia causæ, quam pars aduertit, licet non  
effugere, protrahere tamen intendebat more reorum,  
vt dicitur in principio §. 2. Vnde ad tollenda omnia  
subterfugia, quæ rei, & iustitia carentes inuegiare so-  
lent de ordinario sententiam protulit, vt dicitur §. 3. Se-  
cundò, quia fundatur specialiter ista sententia in accepta-  
tione dictæ obligationis perpetuæ factæ à Capitulo  
generalis, quod quidem Capitulum potuisse dictam  
obligationem acceptare, videtur supponere Papa. Et  
constat, tum per consuetudinem legitime præscriptam,  
tum per viue vocis oraculum concessum à Paulo III.  
post Capitulum Paulæ. Clausula autem illa *specialis  
gratiæ, &c.* solita apponi in dispensationibus, vt Re-  
buff. in praxi benef. tit. Dispensationis defectu atatis,  
pag. mihi 272. hic ideo ponitur, quia cum iura deroga-  
ntia Regulam, non essent vndeque clara, oportuit  
Pontificem gratiosè concedere, quod iure aliqua-  
tenus obscuro prætendebatur.

#### §. VI.

30 **E**X isto §. & §. 2. eiusdem consti. pro Conferua-  
toribus collige, quod Conferuatores à fratri-  
bus requisiti, tenentur sub mortali illis assiste-  
re, & non permittere, eos molestari, & priuilegia eor-  
um defendere. Constat ex illis verbis positus supra  
§. 2. *Commisimus, ac dedimus in mandatis.* Quod præ-  
ceptum, cum sit in materia graui, ad mortale obligat.  
Propterea enim eliguntur in Conferuatores personæ  
graves, & auctoritatis, vt auctoritate personæ facilius  
reddatur executio mandati. Sed de Conferuatoribus  
infra in consti. 5. Gregorij XV.

## CONSTITVTIO V.

*Concedit multa priuilegia P. Binet, qui fuit pri-  
mus post S. Franciscum in Religione Genera-  
lis, & in specie quod nouem collectæ valeant  
pro nouem missis.*

## IVLIVS PAPA II.

Dilecto filio F. Franciscus Binet, Ordinis Mini-  
morum Correctori generali, salutem, &  
Apostolicam benedictionem.